

sitoribus, propositis supra scriptis dubiis, præhabitoque RR. DD. Consultorum S. O. voto, iidem Em. ac Rm. DD. respondendum censuerunt :

Ad I affirmative, facto verbo cum SSmo.

Ad II Provisum in primo.

Insequenti vero feriâ VIa, die 18 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, facta de omnibus SSmo D. N. D. Leoni PP. XIII relatione, idem SSmo. Dm. Em. Patrum resolutionem adprobavit.

J. Can. MANCINI, S. R. et U. I. Not.

## DECRETS ET SOLUTIONS

### **Causes matrimoniales Dispenses en certains cas des solennités judiciaires**

Saint-Office. — 3 Juin 1889.

Quando agitur de impedimento disparitatis cultus, et evidenter constat unam partem esse baptizatam et alteram non fuisse baptizatam ; quando agitur de impedimento ligaminis, et certo constat primum conjugem esse legitimum et adhuc vivere ; quando denique agitur de consanguinitate aut affinitate ex copula licita, aut etiam de cognatione spirituali, vel de impedimento clandestinitatis in locis ubi decretum Tridentinum " Tametsi " publicatum est, vel uti tale diu observatum, dummodo ex certo et authentico documento, vel, in hujusce defectu, ex certis argumentis evidenter constat de existentia hujusmodi impedimentorum Ecclesiæ auctoritate non dispensatorum, hisce in casibus, praetermissis solemnitatibus in constitutione apostolica " Dei miseratione " requisitis, matrimonium poterit ab Ordinariis declarari nullum, cum interventu tamen defensoris vinculi matrimonialis, quin opus sit secunda sententia.

### **Décrets applicables**

D'après une réponse à l'évêque de Mexico, en date du 15 janvier 1897, les décrets de la S. Congrégation des Rites rendus sur une cause particulière sont applicables à toutes les causes semblables.